

SECUNDA PARS
CATECHISMI DE LI-
beratione.

DOMINICA, VI.

Ex Quæst. 12. & seqq.

PERDITO HOMINI MEDIATOR
verus disquirendus.

TEXTUS Roman. 8, 3. &c.

*Vers. 3. Ea legis erat impotentia, quum viribus
esset destituta in carne, Deus suo ipsius Fi-
lio misso in forma consimili carni peccato
obnoxia, idque pro peccato, condemnavit
peccatum in carne.*

*Vers. 4. Ut ius illud legis compleatur in nobis,
qui non secundum carnem ambulamus,
sed secundum Spiritum.*

QUÆST. 12. Quoniam igitur iusto Dei iu-
dicio, temporalibus & æternis pœnis ob-
noxii sumus, estne reliqua ulla ratio aut
via, qua his pœnis liberemur,
& Deo reconcilie-
mur?

RESP. Vult Deus sua justitiæ satisfieri: quocirca ne-
cesse est, vel per nos, vel per alium satisfaciamus.